

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja krakowska

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 28rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 6

[6] [k. 28rb] Scultetus eciam habet tria iudicia legalia in anno, unum in Epiphania Domini aut die sequenti, secundum feria tertia post festum vel conductum Pasche, tertium feria tertia post festum Trinitatis. Post hec disponit sua iudicia continue ad duas ebdomadas. Si dies iudicialis evenerit ad diem celebrem, bene potest ultra diem unam aut duos post diem celebrem iudicium suum disponere. Iudicium sculteti nemo potest hominum indicare, nisi scultetus solus aut preco, nec suus famulus. Quid [s] si scultetus in domo non fuerit et si criminale nephas exortum fuerit, cives substituent unum iudicem pro crimine manifesto. Scultetus eciam debet habere legalitatem a domino terre et cum debet esse feodatus et verum suum feodum esse debet et legitime natus de terra. Summa iuris actus legitimum cum condicioni non recipiunt neque diei.

[hasła: sołtys, termin, dzień świąteczny, sługa, wymóg, lenno]